



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXXI. Des Bischofs Heidenreich von Brandenburg Ablaßbrief für das Prediger-Kloster in Halberstadt, vom Jahre 1288.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXXI. Des Bischofs Heidenreich von Brandenburg Ablassbrief für das Prediger-Kloster in Halberstadt, vom Jahre 1288.

Heidenricus, dei gracia brandeburgensis Episcopus, Dilectis in christo priori ceterisque fratribus ordinis predicatorum in halberstad Salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et uotis bene seruiantibus multo maiora retribuatur, quam valeant promereri, volentes tamen nichilominus populum domino reddere acceptabilem, christi fideles ad complacendum Sibi quibusdam quasi illectiuis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur, vt ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus uere contritis et confessis, qui ad ipsam in anniuersario dedicacionis et in festiuitatibus beate Marie virginis et beati dominici et beati petri Martiris et in festis patronorum uestrorum et per octauas dictarum solemnitatum reuerenter acceperint et qui vobis manum porrexerint adiutricem, XL dies et vnam Carenam de iniuncta Sibi penitencia misericorditer relaxamus et hoc sub ratihabitione venerabilis patris halberstadenfis episcopi. Datum anno domini M^o CC^o LXXXVIII.

Nach dem Original. Prediger-Kloster zu Halberstadt No. 42 im Königlichen Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXII. Des Bischofs Heidenreich von Brandenburg Ablassbrief für das Kloster Huysburg, im Jahre 1288.

Heydenricus, dei gratia brandeburgensis ecclesie Episcopus, dilectis in christo abbati ceterisque fratribus ordinis sancti benedicti in huysborch Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Licet is, de cuius munere venit etc. (wie in der vorigen Urk.) volentes igitur, ecclesiam uestram, que in honore gloriose virginis marie dinoscitur honorifice esse constructa, congruis honoribus frequentetur, omnibus uere contritis et confessis, qui ipsam in anniuersario dedicacionis, in festiuitatibus beate marie virginis et in quarta feria penthecostes reuerenter visitauerint, quadraginta dies et vnam karenam de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus sub ratihabitione venerabilis patris halberstadenfis episcopi. Datum anno domini M^o CC^o LXXXVIII^o.

Aus dem Copiarium des Klosters Huysburg f. 70. (No. 108) daselbst.